



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Eliseus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

De Matrimonio adulterino. n. 397.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

Cum illi tactus videantur praticari ordinari sine pollutione, tanetsi hæc quandoque sequatur præter directam utriusque intentionem: cumque id fiat magis ad contestandum amorem conjugalem, quam ex libidine, id eo ex sententia Sanchez & Filiucii, non videri delinquere mortaliter illis tactibus, *Confirm.* auctoritate Diana, qui absolute consultus respondit non peccare conjuges, qui in signum amoris conjugalis se amplectantur, licet prævideatur secutura pollutio, quia affectus conjugalis est sufficiens causa talem actum excusans. *Idem Dian. part. 6. tr. 6. resol. 27.*

#### CONFERENTIA. LXXXIV.

396. Duo conjuges ad vitandam prolem frequentant copulam sodomiticam in vase innaturali, quæritur ergo, an præter peccatum contra naturam committant etiam adulterium.

¶. Esse adulterium ex parte utriusque, quia revera peccant contra bonam fidem, quo ex vi contractus Matrimonij obligantur invicem ad concubitum naturalem aptum generationi tantum: consequenter extra vas naturale coeuntes æquæ fidem violant, ac si ambo cum alijs concubissent.

#### CONFERENTIA. LXXXV.

397. Uxoratus pollutur tactibus alterius personæ, an satisfaciat confitendo, quod pollutio nem in proprio corpore procuraverit?

¶. Eum teneri explicare, an id factum fuerit

in tactibus alterius personæ, i. e. in a, viii, Sacerdotis, vel etiam bestię. Ita *Communis* DD. & Ratio est; Quia tactus libidinosi habiti cum alia persona sunt quasi inchoata copula & ordinati ad copulam: ergo pollutio facta per tales actus alterius personæ sortitur malitiam diversam pro diversitate personarum tangentium, ita quidem, ut cum femina libera sit inchoata fornicatio, cum sacrata sacrilegium, &c. quomodo ergo tali uxorato sufficeret dicere, procuravi in proprio corpore pollutionem, quæ se sola dictas circumstantias nullatenus includit, nisi forte per accidens propter affectum ad huiusmodi personas.

## CONFERENTIA. LXXXVI.

Maritus bibulus ab uxore gravidâ reprehenditur, quod totam substantiam de mesticam potando abigurat, unde ita excandescens illam ita percutiendo tractat, ac pedibus calcet, ut abortum pariat. Quæritur itaque, qualiter iste maritus peccet, & quas pœnas incurrat, pro quo sit

398.

RESOLUTIO prima: Secundum constitutionem Sixti V. quæ incipit, ad effrenatam, Bibulus incurrit sequentia, utpote primo pœnas omnes jure Divino & humano, Canonico & Civili statutas contra veros homicidas. Secundo irregularitatem. Tertio excommunicationem ipso facto à qua nequeat absolvi [ nisi in articulo mortis ] nisi à Rom. Pont. Ita Bulla